

solus ordinaverat, ipsi assistentibus Jacobum fratrem Domini ordinasse; atque ex tunc tum verbis, tum exemplo statuisse, ne à paucioribus quam tribus Episcopis Consecratio Episcopalis perficeretur. Barbolà *cit. loc.* Quod statutum, tanquam ab homine, non DEO, profectum, uti propter Episcoporum paucitatem non ubique ab ipsis Apostolis servari poterat, ita neque à SS. Pontificibus servari debet, si, ut in Germania quoque contingit, raritas Episcoporum pauciores quam tres exigat.

567 Ad rationem in n. 558. negatur ex n. 562. suppositum, quod pro forma vel essentia Sacramenti Ordinis Episcopalis tres Episcopi desiderantur. Autoritas auctoritate vincitur.

568 Dixi superius in conclus. II. qui à Sede Apostolica specialiter ad hoc delegati sunt. Nam esse Jure Communi Episcopi ab Archi-Episcopis; & isti, omnibus suis Suffraganeis sive Comprovincialibus Episcopis presentibus, consecrandi forent *cap. Episcopi 1. & seqq. Dist. 64. cap. Archi-Episcopi 1. Dist. 66. cap. nec Episcopi 7. de Tempor. Ordin. Atamen modernò Jure, uti Confirmatio, ita Consecratio Episcoporum & Archi-Episcoporum Summo Pontifici reservata, atque ab eo specialiter deleganda esse, dicitur communicari à DD. Honor. ab Axel. h. t. n. 35. P. Engel *cit. n. 56. D. Braun d. pag. 65. P. Westner n. 336.* licet fortassis alicubi sit alia consuetudo.*

§. V.

De Pallio Archi-Episcoporum.

574 Pro quarto consecratio seu consequenti Electionis rectè statuitur in Archi-Episcopis impetratio Pallii, quod nihil aliud est, quam singulare ornamentum & insigne Archi-Episcoporum, quod assumptum ex Corpore Divi Petri, in designationem Archi-Episcopalis officii, ipsis petentibus à Summo Pontifice ad usum conertur.

575 Dixi I. singulare ornamentum. Est namque Pallium, si moraliter & mysticè suspiciatur, summæ dignitatis & potestatis eximium symbolum; quemadmodum non solum Christianis, sed Gentilibus quoque Pallium semper erat tessera cujusdam præminentie, ut notat Gonzalez ad *cap. cum super 1. de Auctor. & usu Pallii num. 7.* Quamquam, si physicè spectetur, nec splendida, nec adeò pretiosa res sit. Nam Materia est lana ex vellere duorum agnorum, qui annuatim à Religiosis S. Agnetis in illius festo Alari offeruntur; quos deinde Canonici S. Joannis Lateranensis nutriendos suscipiunt usque ad tonsionem: tum traduntur Subdiaconis Summi Pontificis, qui ex eorum vellere, admixtâ aliâ lanâ candidâ, fasciam quatuor digitorum contexti sinunt. Forma verò est circularis, ad humeros & pedus ambiendum composita, quatuor crucibus distincta, duabus in pectore, duabus in humeris. Gonzalez *d. l. n. 10.*

Dico III. Consecratio, legitime peracta, tribuit Episcopo potestatem Ordinis, & matrimonium spirituale inter Episcopum & Ecclesiam consummat. Textus pro prima parte sunt *cap. transmissam 15. & cap. quod sicut 28. §. super eo h. t.* Hinc Episcopus consecratus potest ordinare, consecrare, dedicare; cum tamen Episcopus, solum confirmatus ex n. 522. solum actus jurisdictionis exercere possit. Textus pro secunda parte leguntur in *cap. inter corporalia 2. & seqq. de Translat. Ep.*

Petes I. an saltem delegare valeat actus Ordinis Episcopus Confirmatus, nondum tamen Consecratus?

Resp. affirmative per textum in *cap. suffraganeis 11. h. t.* Ratio est: quia delegare est jurisdictionis, quam Episcopus accipit vi & virtute Confirmationis. P. Engel *h. t. n. 55.*

Petes II. an beneficia post Consecrationem, vel ante fiant vacantia?

Resp. de Jure Communi verius esse, quod non vacent, antequam tempus, accipiendæ Consecrationi præfixum, effluerit per textum in *cap. cum in cunctis 7. §. cum vero h. t.* ibi de *curis tempore, de consecrandis Episcopis à Canonibus definitur, ad quem spectant beneficia, qua habentur (electus) de illis disponendi liberam habeat facultatem.*

Sed stylò Curie ajunt, beneficia statim vacare tempore promotionis, seu Confirmationis; atque insuper in Germania vi Concordatorum S. Pontifici fieri reservata. P. Engel *cit. loc. n. 57.*

Dixi II. & insigne Archi-Episcoporum. Etenim primis & sequentibus Ecclesie sæculis mos viguerit, non certo personarum ordini, sed promiscuè, pro re nata, & varietate circumstantiarum loci, & temporis, modò Archi-Episcopis, modò Episcopis Pallium submittendi, licuti citatus eruditissimus Gonzalez *num. 9.* ex authenticis scriptoribus ostendit: postea tamen jus ferendi Pallium solis Archi-Episcopis & Prælati majoribus est indultum, quatenus non tantum potestatis amplitudine, sed etiam habitus ornamento ab Episcopis distinguerentur.

Dixi III. quod assumptum ex corpore D. Petri. Dicitur Pallium ex corpore D. Petri assumi, vel quia, dum à Canonici D. Petri in pervigilio cujusdam solennitatis benedicitur, supra D. Petri sacra alijpana reponitur, indeque Subdiaconis Pontificis in honesto loco servandum committitur, donec ad instantiam alicujus Metropolitanorum aliorum dimittatur, per *cap. significasti 4. in fin. h. t.* Gonzalez *cit. l. n. 10.* Vel quia de Jure à solo Romano Pontifice, legitimo D. Petri successore, confertur per *cap. antiqua 23. de Privileg. Panormitan. ad cap. ad honorem 4. de Auctor. & usu Pallii n. 9.* Vel quia per Pallium particula sublimioris potestatis, que in Corpore Ecclesie ejusque Capite Summo Pontifice in plenitudine

ordine residet, in Archi-Episcopos transferretur per *cap. nisi specialis 3. d. 1.* Layman de *Elect. qual. 157. & cit. cap. antiqua de Privileg.* Theophilus Raynaud. apud Gonzalez memoratò *num. 10.*

579 Dixi IV. in designationem Archi-Episcopalis officii. Habet verò officium Archi-Episcopale quardam communia cum Episcopis; quædam specialia. Communia sunt, ordinare Clericos, benedicere Abbates, consecrare Episcopos, dedicare basilicas, consecrare chrysmata &c. quæ ipsa tamen sacra ministeria nequit Archi-Episcopus ante susceptum Pallium obire: quia, ut differit Innocentius III. in *cap. quod sicut 28. §. super eo h. t.* non tanquam simplex Episcopus, sed tanquam Archi-Episcopus ea sacra videtur. Specialia sunt, visitare Provinciam, convocare Concilium Provinciale &c. cujusmodi actus, ut ritè præarguantur, Pallii receptionem indubitatè præsupponunt *d. cap. & §.*

Hinc est, quòd Archi-Episcopus, tametsi confirmatus & consecratus sit, non possit Archi-Episcopum semet nominare vel scribere, priusquam Pallium impetraverit *cap. nisi specialis 3. de Auctor. & usu Pallii.*

581 Neque tamen ex hoc inferas, ante receptum Pallium nequidem actus jurisdictionis Episcopalis ab Archi-Episcopo exerceri posse: sicut enim Episcopus, sic Archi-Episcopus mox à die Confirmationis accipit potestatem jurisdictionis, non tantum signatè & in aptitudine, sed etiam exercitè & in actu per *cap. suffraganeis 11. cap. transmissam 15. h. t. cap. cum ex 582 h. t. de Translat. Episcop. in fin.*

Cum ex adverso potestatem Ordinis per consecrationem tantum in aptitudine, non verò in exercitio consequatur Archi-Episcopus, velut ad *cit. cap. nisi specialis n. 6. & seqq.* Kulchre declarat Gonzalez, consentiente König ad *enud. tit. num. 13. & seqq.* cum quo tamen exceptionem facit Clariss. P. Schmalzgrueber ad *cit. tit. sub n. 6.* in actibus Ordinis minus principalibus, qui solent ab Episcopis, Stollâ duntaxat indutis, peragi.

583 Dixi V. ipsi petentibus. Olim equidem non nisi presentibus, hodie etiam petentibus per literas concedi solet Pallium; si tamen intra tres menses à die consecrationis; vel, si jam consecrati sint, à die confirmationis computandos, instantè petierint *cap. quoniam 1. cap. 584 apertè 2. Dist. 100.* Post hunc terminum, cessante justò impedimento, & Pallium negatur, & commissa dignitas aufertur *d. cap. quoniam, Gonzalez ubi supra ad cap. cum super 1. de Auctor. & usu pallii n. 10.* Panormit. ad *cap. ad honorem eod. tit. num. 6. P. Westner ibid. num. 5.*

585 Dixi VI. à Summo Pontifice. Enimverò ex officio & Jure Ordinario solus S. Pontifex Pallium concedit, sub hac vel simili formâ: *tradimus tibi Pallium, ut eò in hac Ecclesiam tuam utaris cap. cum super 1. d. 1.* quia, qui plenitudinem pastoralis officii solus habet, solus in partem sollicitudinis consortes advocare potest *arg.*

586 *cap. ad honorem 4. de Auctor. & usu Pallii.* Ex

privilegio autem quatuor Principalibus Patriarchis, Constantinopolitano, Antiocheno, Alexandrino, & Jerosolimitano, sicut, Pallium, ubi id antecedenter ipsimet à S. Pontifice receperant, aliis concedere *cap. antiqua 23. de Privileg. & ibi Panormitan. num. 1.* Gonzalez ubi supra *n. 8.*

Dixi VII. ad usum conferuntur. Effectus itaque concessi Pallii est ejusdem usus, non absolutus, sicut in Summo Pontifice, qui solus in Missarum solennis semper & ubique Pallio utitur *d. cap. ad honorem; sed restrictus I. ad personam: quia Pallium, uni Archi-Episcopo concessum, neque alteri commodari, neque in successorem transferri, sed cum accipiente sepeliri debet cap. ad hac 2. de Auctor. & usu Pallii.*

Quin etiam, si Archi-Episcopus ab uno Archi-Episcopo ad alium transferatur, & antiquum Pallium secum deferat, & novum accipit, & cum utroque tumulatur *arg. cap. bone 4. in fin. de Postulat. Layman. qual. 160. II. ad tempus: nam extra dies & festa principaliora, in Calendario Ecclesie descripta; extra ordinationes Clericorum & consecrationes Ecclesiarum; & extra Missarum solennia, non est licitus Pallii usus cap. ad honorem 4. cap. cum sit 6. d. 1.*

III. ad locum, videlicet Ecclesiam propriam (cujus nomine venit quilibet Ecclesia, in provincia sita *d. cap. cum sit & cap. cum super eod. tit.*) extra quam, si Archi-Episcopus, sacris Vestibus indutum, processionaliter vel aliò modò exire contingat, Pallium exuere debet *d. cap. cum super 1. adeò, ut consuetudo contraria tanquam corruptela in cap. ex suarum 5. eod. tit. reprobetur; unia exceptione lubnexâ, si nempe Archi-Episcopus, extra suam provinciam constitutus, non possit ad illam redire: tunc enim, urgente necessitate consecrandi Episcopos, vel ordinandi Clericos, potest in aliena diocesi, cum præfuit & permisso Diocesani, in Pallio consecrare. Hanc ipsam tamen exceptionem potius privilegium, quam jus commune inducere, sentire videtur Layman. q. 158.*

Quæres I. utrum Archi-Episcopus in loco exempto suæ provincie Pallio uti possit? Ratio dubitandi est I. quia in *cap. ad honorem 4. de Auctor. & usu Pallii* perspicue decernitur, Archi-Episcopus in illa Ecclesia, in qua jurisdictionem Ecclesiasticam acceperunt, uti Pallio licere. Sed in Ecclesiis exemptis nullam jurisdictionem habent. Ergo &c.

II. quia, tametsi in *Clem. Archi-Episcopo 2. de Privileg.* concedatur Archi-Episcopo facultas, celebrandi in Pontificalibus in quolibet loco exempto suæ provincie: inde tamen deducere non possis, quòd etiam Pallium inducere valeat: partim quia nomine Pontificalium non venit Pallium, utpote quò pastorale officium denotatur: partim quia in hac *Clem.* reperitur clausula, quòd exemptis per concessum privilegium nullum gravamen inferri, neque ullus actus jurisdictionis exerceri debeat. His tamen rationibus non morantibus,

- 594 Resp. ad questionem affirmativè, Ita Glof-
fa, Panormitanus, Barbosa & alii in *Clem. cit.*
cum P. Engel ad *tit. de Auctor. & usu &c. n. 9.*
Gonzalez ad *cap. ad honorem ibid. n. 3.* P. West-
ner ad *encl. tit. n. 13.* Ratio est: quia in
595 *cit. Clem.* privilegium celebrandi in Pontifi-
calibus est absolutum, & corpori Juris infer-
tum; neque vel ad certa insignia restrictum,
vel Pallii exclusivum. Ergo non strictè id
interpretari, sed latius extendere debemus:
cum in nullius redundet præjudicium, Archi-
Episcopum, Archi-Episcopali habitu indutum,
Pontificaliter celebrare.
- 596 Ad primam dubitandi rationem dupliciter
Resp. I. nomine *Ecclesia in cit. cap. ad honorem.*
intelligi provinciam vel Diocesim, intra cujus
fines Archi-Episcopus Jurisdictionem exer-
cet: exempti autem, licet non sint de diocesi,
sunt tamen in diocesi arg. *cap. cum Episcopus 7. in*
8. in quolibet loco ipsius diocesis non expro de Offic.
597 *Ord. in 6.* II. posse transmitti, quod
stando in Jure communi, nequeat Archi-Epi-
scopus vel in aliis Pontificalibus vel in Pallio
celebrare: at vi specialis privilegii in *cit. Clem.*
2. de Privileg. indulti, sicut in Pontificalibus,
sic etiam in Pallio celebrandi facultatem est
nactus.
- 598 Ad secundam rationem Resp. nomine Pon-
tificalium Archi-Episcopatum, de quibus in
ead. Clem. est sermo, utique etiam Pallium
comprehendi, utpote quod facit, & consti-
tuit Archi-Episcopum. Neque officit, quod
denotet pastorale officium: nam & crucis
prelatio, quæ expressè in loco exempto per-
mittitur Archi-Episcopo in *d. Clem. signum*
est Archi-Episcopalis potestatis, prout ad *cit.*
cap. ad honorem n. 3. & in *cap. à memoria nostra 1.*
Ut lite pend. advertit Gonzalez; & baculi seu
pedi deportatio, haud dubiè in *cit. Clem.* etiam

§. VI.

De Impugnatione Electionis.

- 602 Quinto ad Consequentia Electionis per
modum contrarii refertur ejusdem impu-
gnatio. Hæc dupliciter fieri potest, intra
& extra judicium. Intra judicium, si Electio à
Judice Ecclesiastico, judicialiter procedente,
approbata, vel improbata sit: quò casu, qui
sententiam ap- vel improbationis impugnare
cupit, remedium appellationis judicialis arri-
pere debet; de quo in *tit. de Appellat. agit.*
- 603 Extra judicium duplex iterum modus est im-
pugnandi Electionem vel ante, ne fiat; vel post,
si jam facta sit. Utque modus regulandus est
juxta *cap. ut circa 4. h. t. in 6.* in quo Gregori-
us X. *Ed. ad perpetuè*, inquit, *providemus, ut*
si quando aliqui Electionibus, postulationibus, vel
provisionibus se opponunt, proponendò aliqua contra
Electionis formam, aut personas eligentium, vel
electi, sive illius, cui erat provisio faciendæ, sive fa-
cta, & propter hoc contigerit appellari: appellantes
in instrumento publico, seu literis, super appellatio-
ne confessis omnia & singula exprimant, qua in
formam intendunt obijcere vel personas, coram per-

concessa, ejusdem potestatis testera est,
quemadmodum egregiè explicat Barbosa de
Off. & pot. Episc. tit. 1. cap. 5. n. 13.

Quæres II. possint Archi-Episcopus in 599
Pallio dicere Missam de Requiem?

Resp. cum Gonzalez in *cap. fin. cit. tit. n. 3.*
& Schambogen *ibid. negativè*, per textum
ejusdem *cap. fin.* in quo, cum præmississet Pon-
tifex, Archi-Episcopum illis diebus, qui in
Ecclesie suæ privilegiis denominati sunt, li-
centiam in Pallio celebrandi habere, subdit,
sicque solus a est quartæ quæstio, quæ quævis: an tibi
sit licitum, pro defunctis cum Pallio celebrare? Volens
indicare, quòd licitum non sit: eò quòd dies, in
Ecclesiarum privilegiis expressi, soleant esse
solennes *cap. cum sit 6. d. t.* in quibus non dicitur
Missam de Requiem.

Quæres III. an Archi-Episcopus in alie-600
na provincia, ex delegatione Diocesani, ante
acceptum Pallium, vel post acceptum sine
Pallio valeat ordinare?

Resp. cum Laymann de *Elect. q. 1. f. 4. resp. 3.*
Schambogen *cit. tit. n. 11.* P. König ad *encl.*
tit. n. 11. affirmativè. Ratio est: quia Archi-
Episcopus consecratus est in aliena diocesi verus
Episcopus quoad potestatem Ordinandi;
neque illi quidpiam deest, præter potestatem
Jurisdictionis. Atqui ex delegatione alterius
accipit potestatem Jurisdictionis. Ergo &c.

Quæres IV. possint quis impetrationem 601
Pallii impedire, defectum aliquem aut cri-
men obijciendo?

Resp. negativam esse decisam in *Extrao.*
in. h. t. inter comman. addicà limitatione, nisi
objicientes firmè præstitò corporali jurame-
ntò, se id malitiosè non agere, ac de objectis
offerant se fidem intra trimestre facturos,
& simul ad pœnam talionis, seu extraordina-
riam se obligent arbitrio presidentis.

- rem esse instituendam, ad quem pertinet,
Electionem confirmare. Unde hodie in Elec-
tionibus Ecclesiarum Cathedralium, Metro-
politanicarum, & Regularium Exemptarum
ad Sedem Apostolicam appellandum, & ob-
servandum est, quod in *Clem. causam 3. h. t.*
prescribitur, ut in appellati aut procuratoris
ejusdem in ipsa causa specialiter constituti
præsentia appellatio interponatur, aut eorum
alteri intra mensèam ab interpositione ipsius,
vel saltem post lapsum ejusdem mensis (quàm
citò commodè fieri poterit) legitimè intem-
tur, porrectò ei vel perlectò appellationis au-
thenticò instrumentò, & illius copià, si petita
606 fuerit, traditã. Quòd si appellatum abse-
se, & procuratorem non inventi contingat,
tunc appellatio in domo vel Ecclesia Cathedra-
li, in cuius diocesi beneficium appellabile
situm est, fieri, simulque in Ecclesia vel bene-
ficio, de quo agitur, publicari debet. Et pos-
sitò, quòd hæc fieri nequeat, ob appellati
aut adherentium metum, potentiam, in quo-
vis loco publico appellationis publicatio ita
facienda est, ut verosimiliter in appellati vel
procuratoris notitiam pervenire valeat.
- 607 Adverto III. appellantiibus ad Sedem Apo-
stolicam incumbere, ut unà cum appellatis
per se, vel idoneos procuratores iter accipiant
Romam intra mensèam, à die appellationis,
adversario ejusve procuratori cognite,
numerandum, ex constitutione Innocentis
IV. in *cap. statimur 1. h. t. in 6. in pr.* Mente
transactò, si una pars se litenter, & altera, per
20. dies expectata, emanerit, in causa non
aliter proceditur utique ad definitivam, ac si
pars utraque præsens fuisset *d. cap. statimur 1. h. t.*
sed si pars cap. ult. §. porro. Ut lite non contest.
- 608 Adverto IV. appellationem extrajudicia-
lem, ante Electionem jam interpositam, hoc
operari, ut Electio quidem interea validè ce-
lebratur, nec rescissioni subjaceat, si malè
appellatum esse, Superior pronuntiaverit.

cap. cum nobis 19. h. t. & ibi Gonzalez n. 10. &
seqq. at verò rescindi debeat, quando bene
appellatum esse, judicatum erit *cap. consideravi-
mus 10. eod.* ubi iterum egregiè Gonzalez in
n. 6. & seqq. Ratio est: quia, ut tradunt 609
DD. in *tit. de Appellat.* appellatio extrajudicia-
lis, esto effectum devolutivum producat,
attamen effectum suspensivum non simpliciter,
sed, causà à Superiore cognitã, operatur
per *cap. constitutus 45. in fin. de Appellat.*

Excipitur casus, quò inhibitiò post appella-610
tionem à Superiore secuta fuisset, ne Electio
institueretur, tunc siquidem instituta Electio
efficacià destitueretur, quia similis inhibitiò
præter devolutivum effectum etiam suspensivum
inducit per *cap. dilectis 55. de Appellat.* Pan-
ormitanus ad *d. cap. consideravi mus h. t. n. 1.*
Pirhing *eod. tit. n. 267.* Westner *ibid. n. 286.*

Adverto V. appellanti probandum esse, 611
quòd Electio, cum præsumitur esse canonica,
talis non sit vel defectò formæ non-servatæ,
vel defectu personæ electæ. Rota in *recent. p. 6.*
dec. 289. n. 27. & p. 8. dec. 244. n. 43. & seqq.

Adverto VI. appellantes contra formam 612
Electionis, fortè quòd modus eligendi ad nor-
mam *cap. quia propter 4. 2. h. t.* non fuerit obser-
vatus, vel ut temerarium litigatorem in omnes
expensas condemnari, si in probatione
desererit *cap. statimur 1. §. ult. h. t. in 6.* Ap-
pellans autem contra electum ratione perio-
næ, quòd ob vitium aut impedimentum eligi
non poverit, nili probaverit intentionem suam,
atque ex manifestissimis documentis non
constiterit, eum probabilem & sufficientem
litigandi causam habuisse, durius punitur, &
ab omnibus, quæ in Ecclesia viduata possident,
beneficiis ipsò Jure per triennium suspenditur;
ac, si infra illud tempus propria remeritate
se ingesserit, perpetuò privatur, nullum super
hoc de misericordia spem aut fiduciam habiturus *d.*
cap. & §. Nisi manifestissimis constiterit documen-
tis, quòd à calumnia vitio excusetur.

SECTIO VI.

De Electione Romani Pontificis.

SUMMARIUM.

613. & seqq. Jus eligendi Summum Pontificem in sano
sensu, ab initio penes Clerum & populum erat. 616.
& seqq. Postea Imperatores illud jus usurparunt.
620. & seqq. Carola Magno jus eligendi per spe-
ciale privilegium fuisse concessum, ostenditur.
625. & seqq. Et quidem non injuste. 627. & seqq.
Post hæc exclusi Imperatores, nec omnimò-
do repulsi populus & Clerus. 629. Tandem
solis Cardinalibus eligendi jus reservatum est.
630. & seqq. Nec tamen Imperatoribus per hoc
illata fuit injuria. 634. Itaque soli Cardinales
eligunt. 635. Qui tamen de Jure communi
saltem deberent esse Diaconi. 636. & seqq.
Licet caterogin nec habitum, nec os aperitum,
nec immunitatem à censuris habeant. 639. & seqq.
Conservatur hoc jus etiam in uno. 641. & seqq.
Omnibus mortuis, relictis ad Clerum & pe-

pulum Romanum. 644. & seqq. Tempore Con-
cilio Generalis aut sollemniter etiam ad Cardinales
pertinet. 647. & seqq. Quædam dubia de per-
sona, in S. Pontifice eligenda, moventur. 649.
& seqq. Femina est incapax. 151. & seqq.
Fabula Joana Papiæ exenteratur. 657. & seqq.
Masculus potest eligi, etsi nec Cardinalis,
nec SS. Ordinibus sit insignitus. 663. & seqq.
Et etiam sit Lajcus. 666. & seqq. Esto quo-
que non habeat aetatem Episcopalem. 670. & seqq.
Præmittuntur ea, quæ præambula sunt Ele-
ctioni. 679. & seqq. Electio potest fieri per ins-
pirationem. 681. Compromissum. 682. & seqq.
Vel scrutinium, quòd longius describitur.
687. Valet Electio per accessum. 688. & seqq.
Annotatur, quid speciale sit circa infirmos. 690.
& seqq. Electio Pontificis non indiget Confirmatione.

nr. 692. Debet tamen consentire. 693. Mutat suum nomen. 694. Electus coronatur consecratur. 695. & seqq. Discutiuntur qualiter

num Electio Pontificia possit impugnari? 710. & seqq. Si Electio sit invalida notoria, potest in futurum nova; nuptiam si notoria non sit.

§. I.

Quibus olim jus eligendi Pontificem competierit?

- 613 Quæ hæc de Electione per numerosa folia sunt disceptata, ad Electionem in genere pertinent. Juvat modò ad Electiones particulares descendere, atque ex illis maxime præcipuam, quæ S. Pontificem tangit, ad calculos revocare.
- 614 In hac cum primis discutiendum occurrit, quibus olim jus eligendi S. Pontificem competierit? Et, nisi fallor, pro resolutione recapitulanda sunt, quæ à num. 48. scripta habentur, quòd ab initio adolescentis Ecclesiæ Romano-Catholicæ cum Clero populus Electionibus Pontificis interfuerit, ad eum ferè modum, quòd in Electionibus aliorum Prælatorum comparuit per cap. factus §. VII. q. 1. & plura alia cap. Diff. 63. Card. de Luca in relat. Cur. Rom. disc. 3. n. 2. Gonzalez ad cap. licet 6. h. 1. num. 12. Laymann de Elect. q. 121. resp. 1.
- 615 Quia totius Christianæ Reipublicæ negotium esse, credebatur, communem & principalem Pastorem, communi omnium suffragio designare. Dissentit Barbofa *J. E. V. lib. 1. cap. 1. n. 49. & 50.* opinatus, primùm à tempore B. Sylvestri vota populi & Cleri Romani expepta fuisse.
- 616 Postquam autem Constantinus Imperator Sacris Christianis accessit, successores ejus non semel Electionibus Papæ sibi semet immiscuere, tum præsertim, quando schisma, dissidentibus Electorum votis, Ecclesiæ timebatur. Sic enim à Valentiniano in schismate Ursicini Damasi; ab Honorio in schismate Eulalii Bonifacii; ab aliis Imperatoribus propriò magis, quam à fidelibus delegatò jure, eà tempestate Imperatores utebantur; imò ab ipsa vocabantur natura, utpote quæ in casu necessitatis Principibus, tanquam Advocatis & Protectores facientis aut fluctuantis Ecclesiæ, jus eam defendendi committit. Eminentiss. Sfondrati *Regal. Sacerdos. in pralud. §. 1. n. 13. pag. m. 93.* Gonzalez *cit. n. 12.*
- 618 Verùm, uti humanæ ambitionis fert libido, intra limites Principes & Imperatores non steterunt, sed ultra provechi, necessitatem in voluntatem converterunt, ac pro suo libitu usque ad tempus translati in Occidentem Imperii circa Electiones Summorum Pontificum disposuerunt.
- 619 Nam, ut præ aliis exactè & sincerè refert præcitatæ Cardinalis, Annò Christi 355. Constantius Imperator Arianus, Liberio in exilium pulsò, Felicem II. Cathedræ Romanæ imponit. Annò 562. Theodorius Italianæ Rex Felicem IV. Pontificem esse jubet. Annò 533. Athalricus Italianæ Rex, non contentus, Electionum confirmationes sibi vendicasse, certam pecuniæ vim Pontifici Romano imponit. Annò 555. Ju-

stiniani Imperatoris non assensu tantùm sed etiam promotione Pelagius Pontificatu donatur; & deinceps, exemplò ab Arianis ductò, pecunia electis Pontificibus imperatur, non aliter confirmationem obtenturis. Ad eò, exclamat nominatus Author, cupiditas lucri ne piissimo quidem Principi pepercit. Ipse Gregorius Magnus ab Imperatore Mauritio consensum expectare, & pecuniam ante confirmationem pendere debebat. Annò 681. Constantinus Bogonatus, datò ad Agathonem Papam diplomate, remittit pecuniam, hæcenus pro confirmatione dari solitam, salvò tamen jure confirmandi. Annò 684. idem Constantinus Benedicto II. necessitatem pendendæ Constantinopoli confirmationis remittit, sic tamen, ut ab Exarchis, qui nomine Imperatorum Italianum gubernabant, peteretur.

Sub ævum Caroli magni, paulò ante, quàm Imperium à Græcis erat translatum, annò videlicet Christi 774. tradunt Authores permulti, quos recenset Barbofa *cit. lib. 1. cap. 1. num. 52.* ab Adriano I. privilegium eligendi Papam, omnèsque Episcopos investendi, Carolo Magno fuisse concessum: idque à Gratiano nostro in cap. *Hadrinianus 22. Diff. 63.* Decreto insertum est.

Sed hanc fabellam, non historiam esse, ex Chronico Sieberti Monachi Gemblacensis, qui Henrico IV. contra Gregorium VII. Urbanum II. & Paschalem II. Summos Pontifices adhæsisse, eaque propter in præjudicium Sedis Apostolicæ scripsisse fertur, excerptam, post Baronium & Spondanum ad annum Christi 774. contendunt Suarez *de defensione Fidei Catholice contra Anglicana sectæ errores lib. 3. cap. 9. n. 7.* Bellarminus in *Apolog. contra reg. Angliæ cap. 29.* Gonzalez *cit. n. 12.* & alii plures, ab his relati.

Quia tamen Gratianus non ex Sieberto, sed ex historia Ecclesiastica *cit. cap. Hadrinianus desumpit*: quia etiam in cap. in Synodo 23. Diff. 63. habetur, ad exemplum B. Hadriniani Apostolicæ Sedis Antistitis, qui Domino Carolo Victissimo Regi Francorum & Longobardorum Patriarchæ digni aatem, ac ordinacionem Sedis Apostolicæ, & investituram Episcoporum concessit, à Leone Pontifice cum toto Clero ac populo Romano indultum fuisse Ottoni I. jus eligendi S. Pontificem: quia præterea Ludovicus I. post Carolum Magnum statim huic privilegio renuntiavit, ut videre est in cap. ego Ludovicus ead. Diff. 63. Ottoni I. & Henrico I. prout ab eodem Gratiano recensetur in cap. constitutio 22. & cap. tibi Domino 33. ead. Diff. 63. similiter facientibus: quia denique per Bullam Gregorii XIII. Decreto Gratiani præfixam, liquet

liquet, omnia in Decreto contenta suis originalibus fideliter correspondere: sanè multum probabilitatis sententia Gratiani habet, veluti cum Barbofa *cit. cap. 1. n. 54.* sentire videtur Card. Sfondrati in *Regali Sacerdos. lib. 1. §. 5. sub. n. 5. pag. m. 180.*

- 625 Neque putes, Adrianum Papam aut orbitam suæ potestatis, culpabili errore, transgressum esse, aut Ecclesiæ libertatem immiuisse, tam amplum privilegium concedendò. Nam in primis singularia Caroli in Ecclesiam merita, quæ multoties in oppressione Longobardorum, universum ferè D. Petri patrimonium, unà cum incredibili in Romanos Pontifices exercitâ tyrannide vindicantium, sibi comparavit, exegere, ut extraordinariè quædam prærogativa concederetur. Deinde non solus Carolus facultatem acquisivit, Electionem Pontificiam ordinandi, sed potius suò consensu & approbatione coadjuvandi, sicut in simili supra n. 39. & seqq. diximus, & ipsemet Gratianus insinuat in §. *Electiones ad cap. cum longè 25. cit. Diff. 63.* P. Wiestner ad *h. t. n. 352.*
- 627 Post hæc ad S. R. E. Cardinales, nec solummodò ad Cardinales Episcopos, sed etiam ad Cardinales Presbyteros & Diaconos jus eligendi Summos Pontifices devenit, non plene exclusò, sed Electionem jam habitam sequente populi & Cleri consensu: qua de re extant constitutiones Nicolai II. in Lateranensi Concilio editæ circa annum Domini 1059. in cap. in nomine 1. Diff. 23. cap. si quis Apostolica 1. cap. si quis pecunia 9. Diff. 79.
- 628 Et quia necdum planè acquiescere volebant Imperatores, post multorum annorum curriculum, ac varia certamina, tandem annò 1122. sub Callisto II. libertas Electionis Pontificiæ, quin & aliorum Ecclesiæ Prælatorum, ab Imperatoribus postliminò sibi personis Ecclesiasticis cessâ, ac non tantùm in Concilio Rhemensi & Lateranensi, sed etiam in Comitibus Wormatiensibus communi Henrici IV. omniumque Imperii Statum consensu stabilita fuit.

§. II.

Quibus hodie competat jus eligendi S. Pontificem.

- 634 Hæc quæstio, discussâ jam primâ, sua sponte resolvitur. Nempe jus eligendi S. Pontificem solis hodie Cardinalibus, Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, legitime creatis, reservatum est. Card. de Luca *cit. disc. 2. num. 5.* Textus extant in Concilio Lugdunensi in d. cap. ubi periculum 3. h. 1. in 6. & Concilio Vienneſi in Clem. Ne Romani 2. eod. tit. Quibus adimplatur textus in cap. licet 6. X. h. 1. ubi decernitur, ut absque ulla exceptione ab Universali Ecclesiæ Romano Pontifex habeatur, qui à duobus partibus Cardinalium electus fuerit & receptus.
- 635 Dixi tamen I. Cardinalibus, Episcopis, Presbyteris, & Diaconis. Nam de Cardinalibus in inferiori Ordine, quàm Diaconatu, constituit P. SCHMIEER JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

Cumque exempla docerent, non ad eò pauciores & tranquillas esse Electiones Pontificum, Clericis & Laicis quomodolibet intervenientibus: annò 1274. in Concilio Lugdunensi sub Gregorio X. totum jus Romanum Pontificem eligendi solis Cardinalibus, remotis non tantùm Principibus, sed etiam Clericis & populò, collatum est, ut docet cap. ubi periculum 3. §. præterea & §. ceterum h. 1. in 6. Sfondrati in *pralud. §. 1. num. 3. pag. 96. & 2. seqq.*

Ex quibus omnibus inferitur, aut Imperatores jus eligendi S. Pontificem nunquam habuisse; aut saltem jure, quod habebant, justè & legitime excidisse, cum suo proprio & magno totius Ecclesiæ bono; non obstantibus A Catholicorum calumniis, quas cum Jacobo Brunnenmanno in *Jurisp. publ. dissertat. 7. §. 10.* hac super rein Summos Pontifices, Gregorium VII. Paschalem II. Callistum II. plenis buccis conjiciunt. Enimverò non tantùm ex historia pernotum est, omnes ferè Imperatores Regesque, quotquot jura Electionis Romanæ turbârunt, aut infelici morte extinctos, aut alias præsentis supplicio penas dedisse; sed etiam experientiâ comprobatur, ab illo tempore, quò Imperatores deierunt Electiones Pontificum invadere, facta esse altissima illius quietis fundamenta, quæ Romani Pontifices modò fruuntur, ut solerter advertit sæpe nominatus Sfondrati. Ratio etiam probat, posse privilegiatum privilegio privari, quando propter abulum privilegiati privilegium in dispendium Ecclesiæ redundat; sicut reverâ privilegium eligendi Pontifices, quod jure vel injuriâ sibi arrogabant Imperatores, in ingens Ecclesiæ detrimentum vergebat, dum eâ etate ut plurimum non alia via ad Summi Pontificatus apicem patebat, quàm per vim, metum, ambitionem, & sectentia alla scelerata. Nichil dicendò, quòd frequenter scissuræ & schismata evenerint, populò, Clerò, & Imperatoribus in partes euntibus, velut ex monumentis luculentum est.

§. II.

per speciales Bullas ordinarunt Pius IV. Sixtus V. Gregorius XV. quòd in Electione Romani Pontificis vocem activam non habeant. Fagnanus ad *cit. cap. licet num. 18.* Barbofa *J. E. V. lib. 1. n. 73.* in cuius fine subiungit, præcitatæ constitutionibus Summos Pontifices hæcenus derogare solitos fuisse, dum in creatione Cardinalium Breve aliquod particulare, in ordine ad habendam vocem activam, ipsis expediti jubent. Consentit Card. de Luca ad l. n. 10.

Dixi II. legitime creatis. Ut ostenderem I. non opus esse, ut insignia Cardinalatûs jam acceperint: quia nec habitus, nec alia insignia, sed nominatio Pontificis, Cardinalcem efficiunt. Barbofa *cit. n. 73.* II. ut ostenderem

derem, ne quidem hoc requiri, ut Cardinalibus os claufum, vel apertum fuerit: quod idem est, ac minimè necessarium reputari, ut aliquamdiu in Consistoriis antea versati sint, praxin didicerint, aut licentiam consultativè aut consultivè respondendi acceperint. **638** *gnanus cit. loc. num. 19.* Ut ostenderem III. Cardinales, ritè creatos, eligere posse, tametsi censurà aliquà innodati reperiantur per *d. Clem. ne Romani 2. §. ceterum h. s. Gonzalez ad cap. illa 39. b. 1. n. 6.*

639 Dubitabis nihilominùs adhuc I. an, si omnes Cardinales essent mortui tempore Electionis faciendæ, præter unum aut duos, isti soli possent eligere?

Resp. cum Card. de Luca *cit. l. num. 8. & 9.* Panormitano ad *cap. licet n. 15. Gonzalez ibid. n. 13. in fin. Salas, Bonacina, Diana, & aliis apud Barbofam *cit. cap. num. 74.* affirmativè.*

640 Ratio ex n. 62. repetenda est: quia non minus Cardinalium Collegium in uno vel duobus individuis, quam alia Universitas, conservari potest.

641 Dubitabis II. ad quem pertineret Electio Pape, quando omnes Cardinales essent mortui?

Resp. hoc dubium, utpote nullibi textu quoddam vel ratione sufficienti decisum, de decisione Pontificià indigere. Aliqui cum Balbo in *l. ubi absumt ff. de Tutor. & curator.* dicunt: Electionem ad Patriarchas spectare. Alii cum Hostiensis ad *d. cap. licet* Concilio generali **642** potestatem eligendi deserunt. Plures, quibus assensum præbet Barbofa *d. cap. 1. num. 75. & Gonzalez ad *cit. cap. licet n. 13. in fin.* cum D. Antonino p. 3. Summa tit. 22. §. 2. n. 4. Canonici*

§. III.

Quisnam in S. Pontificem eligi possit?

647 **I**n sæpe *cit. cap. licet 6. h. 1.* ex Concilio Lateranensi statutum refertur, *ut absque ullas exceptione ab Universali Ecclesia Romanus Pontifex habeatur, qui à duobus partibus electus fuerit &c.* Ex quo inferendum videtur, nullum prorsus impedimentum ob stare, quod aliquem à Summo Pontificatu removeat. Plura nihilominùs in controversiam vocari possunt. Primo: utrùm ad Papatum habiles existant feminae? Secundo: utrùm eligendus debeat esse Cardinalis, & certò Ordine insignitus? Tertio: utrùm Laici fin eligibiles? Quarto: utrùm Juniores, & minores triginta annis? Ad singula responsurus,

649 Dico I. Femina inhabilis est ad Papatum. Sic omnes boni & veri Catholici dicunt. Cujus ratio est partim: quia Apostolus non tantum non docere, sed ne quidem loqui permittit feminas in Ecclesia *1. ad Corin. 14. v. 34.* partim quia Vicarius Christi oportet esse ejusdem sexus cum Christo: partim quia non est credibile, voluisse Servatorem nostrum, qui Mariae semper Virgini, omnium mortalium sanctissimæ, Nutrici & Genitrici suæ, Claves Cælorum & Ecclesiæ gubernacu-

lis Lateranensibus, quorum Ecclesia est propria Sedes Pontificis supra omnes Orbis & Urbis Ecclesias, Electionem consignat. **643** Fortassis sine absurdo defendi posset, Electionem in casu posito redire ad primævum statum, in quo penes totum Clerum & populum Romano erat, saltem si Concilium itam congregari non posset.

Dubitabis III. utrùm, si Papa moriatur **644** tempore Generalis & Oecumenici Concilii, aut, interveniente schismate vel hæresi, ab eodè Concilio (quod absit) deponatur, Electio Generali Concilio, vel Cardinalibus competat?

In casu primo non est difficile cum Gonzalez *cit. num. 13. in fin.* responsum dare, quando in memoriam revocatur Julius III. Marcellus II. Paulus IV. & Pius IV. Summi Antistes, qui tempore Generalis Concilii Tridentini, nee dum absoluti, sed adhuc dependens & suspens, non à Concilio sed Collegio Cardinalium electi sunt. Et ratio **645** est: quia, quam potestatem solum Concilium non dedit Cardinalibus, eam non potest sine manifesta & gravi causa adimere, per ea, quæ habentur in *tract. de Jure legali cap. 1. à n. 194.*

In casu secundo præter alios existit **646** mat Abbas in *cap. licet sub n. 8. v. sed adverte,* de Jure verius esse, quòd Electio pertineat ad Concilium. Sed ego cum Barbofa *d. cap. n. 76.* contrarium esse dicendum, opinor, ex ratione mox data: quia delictum Pontificis non debet gravare Collegium Purpuratorum, ut, propterea potestatem eligendi Pontificem, quam à Concilio solo non accepit, ab eodem sine alia & prægnanti causa privari mereatur.

cessione inter Colofum & S. Clementem parturire, & inter dolores partus perire occæperit. Sed, ut dixi, fabula est, ex fœcibus mendacis & ingentis composita. Nam Anastasius Monachus, S. R. E. Bibliothecarius, (quò fideliorè & candidiorè Historicon non fuisse, affirmat Baronius *Annal. Eccles. rom. 9.*) scripsit, & vixit tempore Leonis IV. nec tamen vel unicum hujus impostura mentionem ingerit; quin Leonem usque ad annum 855. Ecclesiæ præfuisse, eique post 15. dies non sine prodigiis omnibus successisse **652** Benedictum III. memorat. Alii quoque, & calamò & vitæ celeberrimi Historiographi, qui proximi illis temporibus inclauerunt, quæ sunt Ademarum Monachus, Rhegino Abbas Præmunitis, Hermannus Contractus, Lambertus Schafnaburgensis, Otto Frisingensis, Conradus Abbas Urbergensis, altissimum de Papatu fœmineo silentium tenent.

654 Præterò ipsorummet commenti Authorum discrepantiam, in nomine, patria, moribus &c. larvata Papificæ. Sileo, quòd totius fabulæ contextus fidem omnem respuat: quia fœminam exteram, ignotam, non probatam, ad Ecclesiæ Universalis regimen statim assumi; primum in ætate graviore parere; neque à tot acutis & famulis Pontificis uterum adveri; ad partus demum tempore in publicum prodire, circumstantia sunt, quæ vel infantibus & mulieribus de falsitate suspicionem generant.

655 Originem fabulæ Spondanus ad annum Christi 8. inde deimit, quòd aliquando femina in Sede Patriarchali Constantinopolitana fuerit collocata: contra quòd factum vehementer exarfit Leo IX. Romanus Pontifex in *Epist. ad Michælem & Ariadnum Constantinopolitanos Antistes*: unde facile potuit accidere, ut quidam malevoli pro femina Patriarcha fœminam Pontificem, in odium Leonis **656** commenti fuerint. Clariss. P. Cælestinus Pley in *Basil. Theol. p. 1. Diss. 2. q. 3. n. 275.* fabulam à diabolo, vel perditio homine in lucem editam fuisse, existimat. Plura vide apud Spondanum *cit. loc.* Baronium eodè anno, Onuphrium Barbofam *d. cap. 1. num. 82.* Clariss. P. Paulum Metzger *Theol. Scholast. tract. 10. disputat. 14. art. 2. §. 6. per tot.*

657 Dico II. In eligendo Pontifice neque qualitas Cardinalitia, neque certus Ordo, absolute loquendò, desideratur. Ita Card. de Luca *ubi supra num. 22.* Soto de *J. & J. lib. 3. q. 6. art. 2. ad 5.* Azor *Instit. Moral. p. 2. lib. 4. cap. 5. q. 6.* Barbofa *d. cap. 1. n. 58. & 77.* cum pluribus ibidem recentitis, Panormitanus in *cap. licet n. 4.* P. Pirhing *h. 2. n. 433.* P. Wiefner **658** *ad tit. de Ætat. & qual. n. 17.* Ratio prioris partis est: quia in *cap. in nomine 1. Diss. 23.* Nicolaus I. in Concilio Lateranensi circa medium, *eligatur*, inquit (Pontifex) *de ipsius Ec-*

clesia gremio, sereptur idoneus; vel, si de ipsa non inveniantur, ex alia assumatur. **659** Confir- matur ab inductione: quia post hanc constitutionem numerantur sex Pontifices non-Cardinales, Urbanus V. Gregorius X. Cælestinus V. Clemens V. Urbanus V. & Urbanus VI.


Ratio posterioris partis est: quia in *super 660* memorato *cap. licet* omnis exceptio contra electum Pontificem opponi prohibetur: & consequenter etiam exceptio defectus Ordinum. Confirmani super potest ab exem **661** plo, quòd legatur, Eugenium III. ex Abbate Regulari; Gregorium X. ex Archidiacono; Cælestinum nostrum V. Monachum, ne quidem in Sacris constitutum, ad Apollolatus solium evasisse.

Obstare videtur *cap. oportebat 3. cum seq. 662* *Diss. 79.* ubi Stephanus III. neminem ad Apostolatus culmen assumi debere, asserit, qui Cardinalis Diaconus aut Presbyter non fuerit. Sed Resp. hoc *cap. per cap. in nomine &c. cap. licet*, sicut & per obviantiam contrariam, fuisse abrogatum.

Dico III. Potest etiam, cæteris paribus, lai- **663** cus eligi in Pontificem, si vitæ merita, & Clericorum inopia illi exigant. Card. de Luca *d. num. 22.* Barbofa *ubi supra num. 78.* P. Layman. *quest. canon. 1. 8. resp. 2.* P. Pirhing *d. num. 433.* P. Wiefner *cit. num. 17.* **664** Coligitur ex Cæremoniali Ecclesiæ Romanæ, ubi præscribitur forma ordinandi & promovendi laicum, per Electionem ad Ecclesiæ universalis gubernacula sublimatum. Dedu- **665** citur quoque ex præallegato *cap. licet*, per quò immutatum & abolitum esse videtur *d. cap. oportebat cum seq. Diss. 79.*

Dico IV. In S. Pontifice nulla ætas deter- **666** minata est; si modò tantà ingeni & judicii maturitate polleat, ut per se fideles regere, & pacere valeat. Panormitanus in *cap. licet n. 10.* Barbofa *d. l. n. 83.* Fagnanus in *cap. cum in cunctis 7. h. 1. n. 28.* Ratio est: quia nequidem **667** ætatis exceptio in *d. cap. licet* admittitur apparet. Et rectè: nam Spiritus Sanctus, cuius organum & instrumentum est Summus Pontifex, nec conditionem nec ætatem attendit, sed quandoque per senes, subinde per juvenes admiranda sua consilia patefacit.

Et quamvis Bonacina de *Elect. S. Pontif. q. 2. 668* *in princ. n. 6.* defendit, S. Pontificem, velut Episcoporum Episcopum, ad minus triginta annorum esse debere, ut sic Christo, cuius est Vicarius, in Ætate sit conformior: attamen **669** hæc solum congruentia est, non absoluta necessitas; suadens, non præcipiens, tum maxime, quando Spiritus Sanctus, nascens *in corda molimina*, ætatem antevertit, atque in homine minoris ætatis tam prodigiòse charitatum suorum exuberantiam ostendit, ut supra ætatem assurgere videatur.



§. IV.

Qua forma & modo S. Pontificis Electio sit instituenda?

- 670 **F**orma & modus eligendi Pontificem tum ante Electionem, tum in ipsa Electione considerari potest. Ante Electionem in *cap. ubi periculum 3. b. r. in 6. & Clem. de Romani. eod. tit. ubi periculum 3. b. r. in 6. & Clem. de Romani. eod. tit. ubi periculum 3. b. r. in 6. & Clem. de Romani. eod. tit. ubi periculum 3. b. r. in 6.* Primò Cardinales absentes per decem dies expectandi sunt, à morte præcedentis Pontificis numerandos. Ante hoc tempus, si absque causa rationabili properetur ad Electionem, ea, dummodò duæ tertie ex Cardinalibus conveniant, valida cum Azorio, Diana, & Barbosa *cit. loc. n. 61.* pronuntianda est, argumentò à simili ductò de reliquis Electionibus à *num. 327.* & ita quidem, ut absentes ratione contemptus agere non possint: quia tempus non est de substantia, sed accidentibus Electionis, contra quæ non datur exceptio. Card. de Luca in *relat. cur. cit. disp. 3. num. 8 & 17.* P. Pirhing ad *b. r. n. 441.*
- 673 **I**l. intra hoc decendium, dum exequitur pro piis manibus Antecessoris Pontificis agitur, in Palatio Pontificio Conclave adornatur, nullò intermediò pariete distinctum, & undique clausum, solà fenestrà ad victum recipiendum aperta, & exitu ad secretam cameram reservata. In quod Conclave omnes Cardinales post decem dies transactos se recipiunt, unò famulò, Clericò vel laicò contenti, præterquam si patens necessitas plures indulgeat; intromissis etiam Magistrò Cæmonearum, Confessorio, Medicò, pharmacopola, chirurgò &c. Qui extra Conclave quacunque ex causa morantur, votum nec per literas nec per procuratorem configurare possunt. Qui serius, & postquam Patres de Collegio præsentés ad Conclave se contulerunt, ad urbem veniunt, re adhuc integrâ, ad Conclave admittuntur. Card. de Luca *cit. l. n. 13. & seqq.*
- 676 **III.** quando Cardinales, in Conclavi congregati, intra triduum canonicam Electionem non fecerunt, per quinque dies immediatè subsequentes tam in prandio quam in cæna unò duntaxat ferulò cibantur: & si intra hos quinque dies Electionem non perficiant, panis solummodò, vinum, & aqua illis, ex constitutione Gregorij X. in *d. cap. ubi periculum &c.* ministrantur.
- 677 **IV.** ut hæc omnia fideliter observentur, omnisque fraus, dolus, & macclinatio procul Electione sit, in eadem constitutione Receptoribus & Officialibus illius Urbis, in qua decedit Pontifex, executio prædictorum demandatur. Qui proinde corporale juramentum præstare tenentur; & si contra juramentum fecerint, excommunicationi, infamie, & inhabilitati ad omnes dignitates, officia, & beneficia &c. subduntur.
- 679 **In ipsa Electione una ex triplici forma, inspirationis, compromissi, vel scrutini, ex nova constitutione Gregorij XV. quæ incipit:**

*Æterni Patris, servari debet. Inspiratio, si vera sit, haud dubiè sufficiens erit, ad Prælatum supremum expellendum quemadmodum accidit S. Fabiano, in cuius tergum cum columba advolasset, vocem auditam esse, testatur in ejus Vita Baronius ad annum 238. Tu Roma Episcopus designaberis: quia certius indicium de aptitudine & dignitate personæ non habemus, quam Divinam revelationem. Si-680 militer & Inspiratio præsumpta approbata est, quando Cardinalibus omnibus, in Conclavi præsentibus, unus ex illis certam personam nominat, ejusque nominationem mox omnes per verbum Eligo confirmant. P. Wiefleza ad *b. r. n. 360.**

De compromisso res etiam expedita est, sive limitatò, sive absolutò modò instituitur. Hòc solum exceptò, quòd Cardinales compromissari nequeant, etiam indirectè, se ipsos eligere, suòque assensu majorem votorum numerum efficere, prout à Gregorio XV. in citata Constitutione, quæ incipit *Æterni &c.* definitum est.

Scrutinium æquè in Pontificum atque aliorum Electionibus longè maximè frequens est. Peragitur autem hòc modò. Ex ipso Cardinalium Collegio tres Scrutatores constituuntur secundum ordinem, ita ut primis tribus diebus tres antiquiores ex serie Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconorum; sequenti triduo sequentes tres seniores ex hac triplici classe, & sic deinceps, donec Electio cum effectu sequatur, scrutari incipiunt singulorum Cardinalium Vota. Nève Scrutatores isti fallaciam committere audent, tres alièdem ordine & serie deputantur, qui horum Scrutatorum vota scrutentur. Tum præmissò in Capella Sacra de Spiritu sancto, in quo S. Eucharistiam omnes de manu Decani recipiunt, ac præstis super Evangelia juramentò de servandis, quæ servanda, singuli per ordinem accedunt ad altare, ac schedulam (in qua votum suum hòc modò descriptum habent: *ego N. Cardinalis N. eligo in Summum Pontificem Reverendissimum N.*) ex illa parte, ubi nomen suum inscripserunt, annullò suo obligatam; ex altera verò parte, ubi nomen electi, apertam, in calicem, qui Sacrificio illius diei serviebat, conjiciunt.

Posthæc schedulæ, in calicem impostæ, à Scrutatoribus successivè extrahuntur, leguntur, & publicantur. Cardinalibus cæteris sedentibus, & ante se scabellum habentibus, ut tam ipsi, quam Scrutatores in charta aliqua, in qua singulorum Patrum nomina per ordinem & intervalla sunt designata, singulorum nominatorum personas notare possint. Dein si collatione habità plusquam duæ tertie in unum convenerint, mox ille, tanquam legitime creatus Pontifex, manifestatur. Quòd si duæ tertie tantum in unum convenserint, re-

cluditur electi schedula, ex qua si appareat, electum sibi metipsum votum suum contulisse, Electio habetur pro nulla; sin appareat, votum illius in alterum recidisse, Electio, ut canonica, publicatur.

- 687 **P**otesse autem, completò jam scrutiniò, fieri accessus: & si nullus ex nominatis acquisiverit duas votorum tertias, non tantum minor pars majori, sed etiam major pars minori, imò nominato valè una solùm persona reliqui omnes accedere valent, noviter scribendò nomen illius in scheda, in quem per accessum sua suffragia dirigere intendunt. Sique per talem accessum reperiantur duæ tertie, in unum cumulate, non minus pro Pontifice ritè & rectè electo habetur, atque alius, per scrutiniū designatur.
- 688 **Q**uando ex Cardinalibus, in Conclavi commorantibus, aliqui, infirmitate præditi, nequeunt accedere ad Capellam, Electioni cele-

brandæ destinata, tres ex Cardinalibus sanis, per sortem ab ultimo Diaconorum determinati, ad infirmos ante scrutiniū abeunt, arculam clausam deportantes, in quam ubi infirmi suas schedulas per foramen immiserunt, illa à deputatis Cardinalibus ad altare Sacelli reponitur, indeque projectæ schedulæ transumptæ, in calicem, communibus votis deputatum, referuntur. Et si, scrutiniò irritò, per accessum tenetur Electio, iidem Cardinales ad infirmos cum eadem arcula redeunt, folium, in quo nomina Cardinalium & numerus nominatorum in scrutiniò expressus est, unà cum schedula ferentes, cui infirmi, si voluerint accedere, nomen eligendi inferere, vel, si noluerint, saltem (quod etiam cæteri, qui in Sacello constituti renuunt uti accessu, faciunt) verbum *Nemini* inferibere, eamque schedulam denuò in arculam reponere valent.

§. V.

De Effectu Electionis Pontificiæ.

- 690 **Q**uam primùm Electio canonicè est celebrata, illic electus Vicariatum Christi, supremam in terra potestatem, jus absolutum ligandi & solvendi, absque ulteriori Confirmatione, consequitur; si modò in Electionem convenserint. Layman *quæst. Canon. 129.* cum certa & unanimi omnium sententia. Textus est in *cap. in nomine 1. Disp. 23. cap. licet 6. b. r. cap. per venerabilem 13. Quis filii sunt legis. Extravag. ult. de Sentent. excommunicat. inter commun.*
- 691 **R**atio data est in *trattat. de Jure Legali cap. 5. à num. 67.* quia totum jus, quod habet S. Pontifex, non à Confirmatione, quâ ipse, Superiorem non agnoscens, haud eget; sed ab Electione, non tanquam causa, sed conditione, quâ positâ DEUS in electum potestatis Pontificiæ plenitudinem confert, nascitur.
- 692 **D**ixi: si modò in Electionem convenserint. Nam, sicut Pontifex Pontificatum liberè potest deponere, ita & longè magis Pontificatum sibi delatum non assumere: neque enim spirituale conjugium, quod Ecclesiam inter & S. Pontificem intercedit, absque illius libera voluntate initiari, minus ratum fieri potest. Barbosa *J. E. l. d. cap. 1. n. 112.*
- 693 **P**orrò electus, acceptatâ Electione, nomen suum mutare solet; aut quia concedit, eum, qui aliam modò personam induit, factus ex subdito omnium Superior, aliò quoque nomine insigniri, ad exemplum D. Petri, qui ante Apostolatam Simon dicebatur: aut quia convenit, non tantum veterem hominem cum actibus & nomenclatura exuere, sed etiam novum, Christo planè consimilem, unà cum nomine induere.
- 694 **E**lectionem sequitur Coronatio, quæ per antiquiorem Diaconum Cardinalem peragitur; & Consecratio, quæ antiquitus per Cardinalem Episcopum Otthesem, hodie per Decanum Sacri Collegii inter Missarum solennia ante hymnum Angelicum perficitur, Neo-

Consecratò Pontificis postè Missarum solennia incipiente & perficiente *cap. quod fecit 28. §. super eo b. r. Barbosa d. cap. 1. n. 117.* Ante quam Consecrationem Neo-electus habet quidem potestatem jurisdictionis, non etiam Ordinis, sicut de Episcopis in *num. 312. & 351.* conclusum est.

695 **Q**ueritur I. an Electio S. Pontificis impugnari possit? Ratio querendi & dubitandi est I. quia in notissimo *cap. licet 6. b. r.* nulla exceptio contra electum à duabus partibus Cardinalium admittitur. Ergo Electio impugnari non potest: quippe cum sine oppositione exceptionis non detur impugnatio. II. quia S. Pontifex non habet iudicium in terris, à quo iudicetur esse illegitimè electus. III. quia Legibus Pontificiis, circa Electionem laici, solutus esse noscitur. Sed his necquicquam factentibus,

696 **R**esp. I. quando electus Pontifex laborat impedimentò tali, quod ipsum Jure Divinò vel Naturali faciat inhabilem ad Papatum, quale est sexus foeminius, infantia, amentia, hæresis &c. Electionem illius impugnari posse, & debere. Panormitanus ad *cit. cap. licet n. 3.* Fagnanus *ibidem num. 20.* Gonzalez *eod. loc. resp. 2.* Layman *q. 123. resp. 2.* P. Pirhing *h. r. n. 433.* Ratio est: quia Electio planè invalida potest utique & debet impugnari, ne cum inexplicabili damno Ecclesiæ reputetur Pontifex, qui talis non est. At, ubi latet impedimentum, quod aliquem Jure Naturali vel Divinò facit inhabilem ad Papatum, Electio est planè invalida. Ergo &c. Unde in *cap. si Papa 6. Disp. 40.* deciditur, Pontificem, antehac legitime electum, esse humano iudicio subiectum, si deprehendatur à *sede devius.* Ergo potiori jure subiacet humanæ accusationi, quando ob hæresim, quæ præcessit Electionem, nunquam potuit eligi.

699 **R**esp. II. quando ipsa Electio est intrinsecè viciata

viciata, eò quòd sua substantialia non habuerit, eam similiter impugnari posse. Authores jam nominati. Ratio jam insinuata est: quia non tam Electio Pontificis, quam non Pontificis impugnatur, quando Electio ipsa nullitate est infecta. Unde

700 Inferitur I. Electionem, in qua deficit consensus duarum partium; vel in qua electores non habuerunt jus suffragii, cum Electionis nomen minime mereatur, non tam infirmari posse, quam infirmam esse. Fagnanus *d. n. 20.* cum aliis Authoribus.

701 Inferitur II. Electionem, si ex gravi metu, circa personam determinatam injuste ineusò, peracta fuerit, itidem impugnabilem esse. Layman *d. q. 123. resp. 2. §. quartus* & ceteri DD. *cir. quia similis metus*, cum Electionis, quæ debet esse libera circa personam, substantiæ refragetur, reddit Electionem nullam.

702 Cujus ulterior ratio est: tum quia non à DEO, sed ab homine censetur esse vocatus ad solium Petri, qui non ex arbitrio libertatis eligitur, sed impulsu necessitatis intruditur: tum quia actus irrefcindibiles, qualis est Electio Pontificis, ex metu gravi ipsò jure non subsistunt.

703 Inferitur III. Electionem simoniacam impugnationi subiectam esse. Nam quævis Electio, simoniace celebrata, est nulla *Extravag. sane 1. & Extravag. cum de electabile 2. de Simonia inter communes.* & in specie Electio Papæ, qui, si eligatur simoniace, in *cap. si quis pecunia 9. Dist. 79.* non Apostolicus sed Apostolicus proclamatur.

704 Suffragatur etiam constitutio Concilii Lateranensis, quæ incipit *cum tam Divino*, à Julio II. edita *sess. 5.* & Concilii Constantiensis *sess. 39.* P. Wiefner ad *h. t. num. 371.* cum Author supra laudatis.

Resp. III. quando impedimentum Electioni planè extrinsecum subest, atque à solo jure Ecclesiastico introductum, Electionem ab omni impugnatione immunem esse. Layman *cit. q. 123. resp. 1.* & communis. Et ita intelligo textum in decantato *cap. licet h. t.* Unde, si Pontifex non viter electus censurâ, irregularitate, maculâ natalium, aut aliâ simili qualitate laboraret, non posset Electio, tanquam invalida, impeti, aut infirmari.

705 Quibus ita deductis, rationes dubitandi, in *707 num. 695.* propositæ, nullò admodò arietes, concidunt. Nam quòd I. in *cap. licet* omnis exceptio submoveatur, id in sensu accommodo, jamque explicato, accipiendum est. Quòd autem II. Pontifex non reveretur iudicem, 708 verum est, si jam Pontifex sit, & legitime creatus. Quòd denique III. non agnoscat Leges 709 humanas, rursus de Pontifice jam electo, non eligendo, exponi debet, cum ante Electionem adhuc sit Ecclesiæ subditus; & per Electionem ascendere ad Suprematum nequeat, si Leges Ecclesiasticas, circa Electionem proditas, respere præsumat.

710 Queritur II. an, si Cardinales advertant Electionem esse invalidam, illicò novam Electionem instituire valent? Resp. si nullitas notoria & manifesta sit, licet Cardinalibus, illicò novam Electionem instituire: quia idem est, ac si nunquam elegerint. Si verò nullitas non sit notoria, 711 sed dubia, crederem, ante Concilii Generalis definitionem, ad novam Electionem procedendum non esse: tum quia Cardinales iudices forent in causâ propria: tum quia de legitimitate S. Pontificis iudicare, non est Cardinalium, sed totius Ecclesiæ, in Concilio congregatæ. Laym. *cit. q. 123. r. 2. §. non licet & c.*

SECTIO VII.

De Electione Regularium,

SUMMARI A.

712 Digressio ad Electionem Regularium. 713. Consideratur in presenti juxta Jus commune. 714. & seqq. Professi in statu Clericali habent vocem activam. 718. & seqq. si habeant Ordinem Subdiaconatus. 721. & seqq. Etiam in Ordine Benedictino. 724. Et insuper careant viciis communibus. 725. Et singulariter vitiis propriis &c. 726. & seq. Exponitur cap. 46. h. t. 728. & seq. Moniales debent habere decimum sextam annuum completum. 730. De qualitate eligendorum remissive. 731. Varia quasi. 732. Prælati habent Jurisdictionem quasi Episcopalem non indiget 30. annis. 733. & seq. Novitius est ineligibleis in Prælaturam regularem. 735. & seqq. Uti & qui professione primùm deposuit. 738. Tacita professio non sufficit. 739. & seqq. Non requiritur Sacerdotium actu, sed in potentia. 742. & seqq. Argumenta contraria resolvuntur. 746. Sacerdos non Sacerdoti proponendus est. 747. &

seq. Determinatur etas Abbatissarum. 749. & seqq. Exigitur absolute virginitas. 752. & seqq. Affirmantium & negantium fundamenta de Electione Monialium illegitimarum. 758. & seqq. Negantium argumenta probantur; affirmantium argumenta solvantur. 761. & seq. Eligentium nomina nunquam sunt publicanda. 763. & seqq. Etiam in Electione Abbatum perpetuorum. 770. & seq. Valet etiamnum forma eligendi per inspirationem. 772. Compromissum. 773. & seqq. Et sermimum. 777. & seqq. Tangitur casus, quo plures vel pauciores sunt scheda, quam eligentes. 783. Determinatur collatio voti per literas. 788. & seq. Admittitur constitutio procuratoris cum speciali mandato. 786. & seqq. Specialia in Electione Abbatissarum enumerantur. 794. Inter effectus Electionis Regularis ponitur benedictio. 795. Illius virtus. 796. & seqq. Plures differentia inter Consecrationem & Benedictionem adnotantur.

§. I.

§. I.

Ad quos pertineat jus eligendi Prælatos Regulares?

712 Inter Electiones, speciali dispectione dignas, & illam censo, quam personæ Regulares in suis Ecclesiis celebrare solent: hæc liquidem, licet in pluribus cum aliis Electionibus conveniat, attamen in multis quoque disconvenit.

713 Quemadmodum verò in toto hoc opere eò præmissis collimavi, ut negotium Electionis, non secundum speciales locorum aut Ecclesiarum consuetudines, sed juxta communis Juris apices expenderem; sic etiam Regularium Electiones non ad amissum peculiarium statutorum, sed libellam SS. Canonum regulare constitui. Et hinc, ad prælens quæritum deveniendò

714 Suppono I. ex n. 66. jus eligendi Prælatos Regulares ad Capitulum seu Conventum Monasterii viduati pertinere, per textus, & numerò & sensu prægnantes in *cap. Abbas 2. cap. 2. 4. & 5. XVII. q. 2. cap. ult. XVI. q. 7. cap. Abbat 25. de V. S. & sparsim in h. t. de Elect. X. & in 6. Rota Rom. in rec. p. 1. dec. 65. num. 5.*

715 Hocque in Ordine Benedictinorum à primis incunabulis observatum est, ad mentem S. P. Benedicti, qui in *cap. 64. Reg. illum in Abbatem ordinandum esse, decernit quem fibi omnis concors congregatio, veteriam pars, quamvis par-*

716 *va, saniori consilio elegerit.* Adeoque, qui sunt membra Capituli seu Conventus in Monasterio vacante, habent ex dispositione Juris Communis facultatem eligendi Prælatum. Et quia Sacra Professio facit aliquem esse membrum Monasterii, debet aliquis in Monasterio, in quo Electio instituitur, tacite vel expresse Ordinem Regularem professus esse per *cap. ex*

717 *eo 32. §. in Ecclesiis h. t. in 6.* Quin & hoc requiritur, ut aliquis non in statu Laicali, tanquam frater conversus, sed in statu Clericali, tanquam promovendus cum tempore ad Ordines Professionem emiserit *d. cap. ex eo §. in Ecclesiis: ibi: qui non sunt tacite vel expresse professi, non debent cum Professis, vel Conversis Laici cum Clericis Electionibus interesse.*

718 Suppono II. quòd, sicut in n. 134. ex *Clement. in ij. 2. de Acat. & qual. & Trident. Concil. sess. 22. de ref. cap. 4.* adnotatum est, eos, qui eligendi potestatem sibi asserunt, in Ordine Subdiaconatus constitutos esse debere; ita ut & idem Ordo Subdiaconatus etiam in Religiosis electoribus desideretur: quandoquidè præallegata constitutiones Conciliaris expressim de Regularibus æquè ac Sæcularibus Clericis disponunt.

719 Neg. cum Layman *quæst. canonic. 181. resp. 3.* Pirhing *adh. t. num. 356.* & Clariff. P. Jacobo *Wex in Epis. Can. part. 1. cap. 3. n. 12. & seq.* facienda est differentia I. inter Religiosos, Monachi sint, an Canonici Regulares. Nam, licet utraque constitutio loquatur de iis eligentibus, qui in Cathedralibus vel Collegiatis, Sæcularibus vel Regularibus Ecclesiis sunt

Divinis Officiis mancipati: ex hoc tamen nò video, quòd ratione excludi possint Monachi, qui & ipsi ex primario suo sine ad officia Divina, die nocteque perfolvenda, perinde ac Canonici, destinati sunt; non attentis textibus in cap. placuit 1. & seqq. XVI. q. 1. ut qui Monachos non à Divinis officiis, sed aliis Clericorum Sæcularium ministeriis eximunt, suamque tum explicationem tum correctionem in cap. si Monachus 22. & plur. seqq. ead. XVI. q. 1. accipiunt.

721 Neque cum Zypæo in *Analyti Juris Pontificii ad lib. 3. Decretal. tit. 11. n. 2.* facienda est differentia II. inter Religiosos, an vi Regularum particularium omnes Professi vocem activam in Electione habeant, necne? Quasi videlicet mens dictorum Conciliorum Generalium non fuerit, speciales locorum leges & statuta innovare *arg. cap. licet 1. de Constitut. in 6.*

Etenim statuta illa particularia, si 722 quæ in Religionibus quibusdam, uti in Benedictina, habeantur, nihil speciale, sed, quod antea de Jure Communi antiquiori dispositum erat, continent: quia, quòd omnes Professi votum activum in Electione Prælati Regularis habeant, pridem ante Concilium Viennense & Tridentinum erat statutum in *tit. cap. Abbas 2. & seqq. XVI. q. 2. & cit. cap. ex eo 32. §. in Ecclesiis h. t. in 6.*

Unde per 723 dispositionem utriusque Concilii non tam statuta particularia, quam Jus Commune abrogatum est. Videantur Afcianus Tamburinus de *L. A. tom. 1. disp. 5. q. 8. n. 8.* Gonzalez ad *cap. cum Monasterium 13. h. t. n. 5.* Clariff. DD. Engel ad *entia. tit. num. 6.* König *ibid. num. 9.* Wiefner *d. l. n. 17.* Guetrather in *Porta honoris. cap. 2. §. 6. n. 25.*

Suppono III. Capitulares & Conventuales 724 les Ecclesiarum Regularium, quibus obijci possunt exceptiones, à num. 130. relaxæ, voce activâ delictus esse: quoniam universaliores sunt, quam ut electores Regulares non comprehendant. Quibus addendæ sunt 725 duæ aliæ; videlicet vitium proprietatis in notabili quantitate, ratione cuius Religiosi proprietarii bienniò voce activâ sunt privati per Concil. Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 2.* nec non transitus de Ordine Mendicantium ad Ordinem non-Mendicantium ex *Clem. ut professor 1. de Regular.*

Illud dubium: utrum qui ad Prælaturam 726 alterius Monasterii postulatus est, votum in Electione novi Prælati in loco Professionis habeat, vel habere possit? Jam negativè dictum est in *cap. constitutus 47. h. t.* Quod 727 tamen communis limitari solet in casu, quòd ejusmodi Prælatus jus suffragii pro una tantum vice, & quidem, Prælaturâ alterius Monasterii jam vacante, conceditur: cum ex *cap. cum Wintonensis 25. & cap. scriptum 40. h. t.* competent sit, extraneis quoque pro una vice jus

ius eligendi indulgeri posse. Clariss. P. Guet-
rather *cit. cap. 2. §. 6. n. 19. & seqq.*
728 Si ferueris : quibusnam in Electione Ab-
batifarium ius eligendi competat ? Resp. de
Jure Decretalium saltem annum duodeci-
mum unâ cum Professione tacita vel expressa

in Monialibus electricibus necessarium fuisse
cap. indemnitateibus 43. in pr. h. t. in 6. Sed 729
de Jure Trident. Concilii, quò non valet Pro-
fessio ante annum decimum sextum, 16. an-
nos requiri. Tamburin. *de Jure Abbatiss. disp.*
28. q. 5. n. 2.

§. II.

Quinam in Prælatos Regulares possint eligi?

730 **D**E qualitibus eligendorum per inte-
gram *sess. 3. tractavimus* ; unde huc
transferebantur sunt quàm plurima, maximè
quæ de ætate à *num. 179. de scientia à n. 198.*
de morum gravitate à *n. 221. de carentia vi-
torum à n. 248. de eligendo digniore à n. 270.*
decisa extant.

811 Hic tamen controversi potest I. an illos
Abbatē Regulares, qui Jurisdictionem qua-
si-Episcopalem obtinent, oporteat esse 3.
annis majores ? II. an Novitii possint eligi ?
III. qualis Professio requiratur ? IV. an opus
habeat Sacerdotiò ?

732 Dico I. Eligendus in Prælatum Regula-
rem, Jurisdictione quasi-Episcopali prædi-
tum, non debet esse major 30. sed 24. annis.
Sic contra Navarrum, Azorem, & Lezanam
statuunt Barbosa in *Collectan. ad cap. cum in cur-
tis 7. h. t. n. 19. in fin. Tamburin. tom. 1. disp. 5.*
quæst. 9. n. 3. Passerius de Elect. cap. 25. num.
436. ex eâ ratione : quia tales Prælati non ex
toto, sed ex parte tantum Episcopis æquipa-
rantur, scilicet quoad solam potestatem Juris-
dictionis ; de reliquo sunt & manent Prælati
Regulares, in Monasterio viventes. Ergo non
eam, quam Episcopi, sed quam ceteri Regu-
lares Prælati etatem, effragitant.

733 Dico II. Novitius in Prælatum Regula-
rem eligi nequit. Ita Gregorius IX. deci-
dit in *cap. cum in Magistrum 49. h. t. & Bonifacius*
VIII. in *cap. nullus 28. eod. in 6.* Ratio
est : quia contra rationem pugnat, eum in
Magistrum assumere, qui vix adhuc didicit
esse discipulus, & malè præficitur, qui subesse
non novit ; nec aptus est ad alios regendos,
qui suas regere & moderari affectiones non
calluit.

734 Exceptio est : quando Ecclesia Regularis
est simul Cathedralis : tunc enim Novitius
in Prælatum, qui simul erit Episcopus, eligi
non prohibetur *d. cap. nullus §. ad dignitatem h. t.*
in 6. Engel ad eund. tit. n. 19. Wex cit. Epit.
de Prælat. Regular. elect. p. 1. cap. 4. n. 7.

735 Dico III. Eligendus in Prælatum Regula-
rem debet Ordinem, ex quo Prælatas assu-
mitur, antecedenter, & expressè fuisse pro-
fessus.

736 Dixi I. antecedenter. Nam textus evidens
in *cap. cum ad nostram 37. cap. officii tui 38. h. t.*
ita præcipit, Electionem illius, qui eodem
quasi tempore & proficetur, & eligitur irri-
tans : est enim præsumptio non levis, quòd
potius honorem quàm Ordinem, magis, in-
fulam, quàm habitum Regularem ambiverit.

Sed Resp. ad I. *cap. ut Abbatiss. ex textibus in 743*
num.

num. 741. citatis interpretandum esse, quòd
Abbas debet recipere Sacerdotium non ante
susceptam Abbatiam, sed intra annum post sus-
ceptam.

Ad II. Resp. in *cap. præterea* in-
noritam, qui in Prælatum erat destinatus,
planè irregularem fuisse, ut colligitur ex eo,
quòd prohibetur *ad S. Ordines ascendere* : un-
de ex casu & causa necessitatis solum admittit-
ur fieri Abbas ; cæterò quini, si copia aliarum
personarum capacium haberi potuisset, non

745 admittendus. Ad III. Resp. ea munera,
quæ Sacerdotii characterem præsupponunt,
priùs à Prælatò Electò obiri non posse, quàm
Sacerdotiò fuerit initiatus : sicut etiam Pa-
rochis officia Sacerdotalia priùs obire nequit,
quàm Ordinem Sacerdotalem adeptus fuerit ;
neque Episcopus, antequàm consecrationem
acceperit, actus Ordinis Episcopalis exercere
potest.

746 Fatendum tamen ingenuè cum Clariss. P.
Wex *d. cap. 4. n. 19.* Sacerdotem actualem al-
teri, qui Sacerdos non est, in Electione præ-
ponendum esse : tum quia pro Sacerdote
stat major virtutis & prudentiæ præsumptio :
tum quia major apparet decencia, si Sacerdos
Sacerdotibus imperet.

747 Exquires : quinam qualitates in Abbatissa
vel alia Monialium Præposita eligenda requi-
rantur ?

Resp. I. olim in Abbatissa ætatem sexaginta
annorum in *cap. juvenenculus 12. XX. q. 1.*
postea ætatem triginta annorum in *cap. indem-
nitatibus 43. in princ. h. t. in 6.* requisitam fuisse :

748 hodie verò observandum esse Concilii Tri-
dentini constitutionem in *sess. 25. de Regular.*
cap. 7. in qua cavetur, ut Abbatissa & Prioris-
sa &c. eligatur non minor annis quadraginta, &
quæ octo annis post expressam Professionem laudabi-
liter vixerit. Quòd si his qualitatibus non reperia-
tur in eodem Monasterio, ex alio ejusdem Or-
dinis eligi possit. Si hoc etiam incommòdum Superiori, qui
Electioni præest, videatur, ex his, quæ in eodem Mona-
sterio annuum trigessimum exceperint, & quinq. saltem
annis post Professionem rectè vixerint &c. eligatur.

749 Resp. II. Virginitatem in Abbatissa deside-
rari ; adeoque illam, quæ vel extra vel intra
matrimonium corrupta noscitur, in Abbatissam
assumi non posse per *cit. cap. juvenenculus 12.*
XX. q. 1. & cap. si quis 2. §. novimus I. q. 7. Felis-
mus in *cap. meminimus 13. de Accusat. n. 5.* Car-
dinal Tulchus *Verb. Abbatissæ concl. 26.* P. En-
gel *h. t. n. 23.* P. Layman *q. Can. 228. resp. 3.*
P. Wiestner *ad h. t. n. 234.* P. Pirhing *eod. tit.*

750 *om. 407.* Ratio est : quia minus est conve-
niens, ut quæ virgo non est, Virginitatem im-
peret ; atque ad Virginitatem, quæ ipsamet
caret, custodiendam, alias adhortetur.

751 Dixi : quæ corrupta noscitur. Si enim de
amissa Virginitate non constat, putant Lay-
man, Pirhing, & Wiestner, corruptam, ut
infamiam declinet, in Electionem consentire
posse. Ego verò, ne mihi contradicere vi-
dear, remitto me ad dicta in *n. 266. & seqq.*
P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

Resp. III. rem inter DD. valde legitimos
esse : debeant Abbatissa etiam legitime nata
esse ? In negativam propendit Rodriguez
*quæst. Regul. tom. 1. q. 13. art. 1. Miranda, Dia-
na, Porrel, Lezana, ex sequentibus funda-
mentis. I. quia Canonēs, illegitimè aditum
ad Prælaturas Ecclesiasticas præcludentes,
tantum loquuntur de filiis, non de filiabus ;
de Monachis, non de Monialibus cap. ut filii 1.*

de filiis Presbyter. II. quia Professio Regu-
laris in Religiosis masculis operatur, ut possint
absque Superiorum dispensatione promoveri
ad SS. Ordines *d. cap. ut filius.* Ergo, ut in
Monialibus aliquid operetur, debet facere,
ut ad munus Abbatissæ vel Priorissæ possint
evehi.

III. quia Abbatissa & Prioratus
Monialium nequeunt dici veræ Prælaturæ, de
quibus idem *cap. ut filii* loquitur.

In affirmativam trahunt Panormitanus
in *cap. cum in curtis 7. h. t. n. 6. in fin. Laymaa*
quæst. 228. resp. 2. Barbosa in cit. cap. ut filii n. 1.
Fagnanus ibid. n. 38. P. Wiestner ibid. n. 16.
Clariss. P. Wolfigangus Obermayr *Quæstion.*
Canonico-Civili de Natal. def. q. 4. cap. 4. n. 51.
ex duplici potissimum ratione. I. quia

756 masculi per Religiosam Professionem neuti-
quàm habitantur ad Prælationes seu digni-
tates. Ergo nec foeminae ; partim quia ma-
sculinum comprehendit foemininum *l. verbum 1. ff. de P. S. l. hoc editio 1. §. 1. ff. de Constit.*
pecun. l. aut prætor 3. §. 1. ff. de Negot. gest. partim
quia foemina non debent esse melioris condi-
tionis quàm masculi in rebus, in quibus ea-
dem profus ratio militat.

II. quia per-
fona, quæ ad honores & dignitates elevan-
tur, debent esse integritatis & bonæ opinio-
nis *l. cognitivum 5. §. 1. & 2. ff. de Extraord. cog-
nit. l. neque famosis 2. Cod. de Dignitat. cap. omni-
potens c. de Accusat.* Eorum autem, qui pati-
untur natalium defectum, opinio gravata est
cap. accedens 14. de Purgat. Canon. l. fratres 27.
Cod. de Inoff. testam. Ergo nequeunt ad mu-
nus Abbatissæ promoveri : nam & hoc, licet
in rigore non sit Prælatura, atram dignita-
tis & Prælatuere nomine comprehenditur in
Jure per *cap. indemnitateibus 43. §. verum ibi : ut*
à dignitate adepta desiciatur h. t. in 6.

Recepta posteriori & veriori sententiâ
Resp. ad primum fundamentum contrarium,
sub masculino foemininum quoque involvi-
tam in odiosis quàm favorabilibus, præsertim
si militet eadem ratio, prout sexcentis exem-
plis in Jure circa contractus, testamenta suc-
cessionis, delicta &c. probari possent. Ad 759
II. Resp. omnino per accidens venire, si
Moniales illegitimè ex Professione nullum
civile commodum sentiant : esto non sit cre-
dibile, quòd non experiantur aliquam prae-
rogativam circa alia officia & functiones, quæ
sine Prælatuere & Præpositura exerceri pos-
sunt.

Ad III. responso conveniens ex
*n. 758. in fine colligitur, quòd scilicet Abbat-
tissæ & Prioratus Monialium in sensu juris ad*
dignitates revocentur.

S. III.

Quæ forma in Electionibus Regularium servanda sit?

- 761 Circa formam, in Electionibus Regularium servandam, oportet præ oculis habere decretum Concilii Trident. *sess. 25. de Regular. cap. 6.* quod ita sonat. *In Electione Superiorum quorumcumque, Abbatum temporalium & aliorum Officialium ac Generalium, quæ omnia velle & sine fraude fiant, improvis sancta Synodus districte præcipit, omnes supra dictos eligi debere per vota secreta, ita ut singulorum eligentium nomina nunquam publicentur &c.* Si vero contra huius decreti constitutionem aliquis electus fuerit, Electio irrita sit.
- 762 Ratio, quæ decretum hoc extorsit, est: ut discordiarum & inimicitiarum, quæ inter Religiosos, in communi viventibus, ex eligentium propalatione perfacile possent oriri, fons & fomes fopiat.
- 763 Tametsi autem Passerinus de Elect. *cap. 1. n. 58.* Fagnanus in *cap. quia propter 42. num. 6. & 19.* P. Reiffenstuel ad *h. l. n. 336.* recitatum decretum ad solas Electiones Prælatorum temporalium restringant, propter illa verba decreti: *Abbatum temporalium*; eamque restrictionem certam esse, asseveret Clariss. P. Wiestner *hic. n. 213.* Ego tamen in hanc sententiam jurare nequeo: partim quia rubrica citati *cap. 6.* in Concilio Trident. generatim est concepta, quod omnes Superiores (Regulares) eligibiles eligantur collatione suffragiorum secretorum: partim quia subjunctum nigrum, seu contextus capitris, rubricæ apprimè concordat, dum sit iliter generali locutione asserit, in *Electione Superiorum quorumcumque* vota secreta esse conferenda: partim quia verba sequentia: *Abbatum temporalium*; non sunt restrictiva prioris termini generalis, sed extensiva & ampliativa, aded ut in illorum quoque Superiorum, qui temporales tantummodo sunt, Electione præscripta forma, de votis secretis, ad amissum servari debeat.
- 766 partim quia, ut vota secreta dentur in Electione Abbatum perpetuorum, multo major & fortior est ratio, quam in Electione Abbatum temporalium: eò quod Religiosus electoribus majus longè periculum inimicitiarum & indignationis imminet, si Abbates perpetui ex publicatione votorum advertant, a quibus votum acceperint, à quibus non longè gravius autem jugum est, quod in perpetuum, ac quod pro brevi tempore portandum est.
- 767 partim denique, quia consuetudo est genuina & optima Legum dubiarum interpretis: hæc autem, fatentibus ipsismet Authoribus contrariis, talis est apud plerosque Regulares, ut vota non tantum quomodocumque secreta sint, sed in scheda aliqua scribantur & claudantur, ac clausa in urnam vel calicem conjiciantur, ita quidem, ut neque scrutatoribus innotescat, cui singuli sua vota dederint.
- 768 Tamburinus de *J. A. tom. 1. disp. 5. quæst. 5. n. 9.* Layman. *quæst. 73. resp. 4.* P. Engel *h. l. n. 35.* P. Pirhing *ed. cit. n. 397.* Qui & alii Authores

communiter supponunt, formam in *cit. loc.* Concilii definitam, in Electione quorumcumque Regularium adhibendam esse, quò facit decisio Rotæ Rom. in *n. 395.* allegata.

In dubium autem vocari potest, utrum non eodem Concilii decreto triplex forma Electionis per inspirationem, compromissum, & scrutinium in *cap. quia propter 42. b. 1.* determinata, fuerit abolita? Sic enim tenuit Fagnanus in *cit. cap. quia propter 42. n. 2.* cui quoad inspirationem & compromissum adsupplatur Clariss. P. Guetrather in *Porta honor. cap. 4. §. 2. n. 17.* secutus Passerinus de *Elect. cap. 1. n. 59.* & Barbosa in *Collectan. ad cit. cap. 6. Trid. n. 15.* Contra quos

Dico I. In Electionibus Regularium valet etiamnum modus eligendi per inspirationem. Tamburinus *cit. disp. 5. quæst. 5. n. 9.* Layman. *q. 182. resp. 1.* P. Engel *h. l. n. 33.* P. Wex in *Epitome p. 1. cap. 3. num. 19.* P. Wiestner *hic. n. 217.* Ratio est: quia vera inspiratio, cum à DEO fiat, nec constitutioni nec mutationi humanæ Legis subest. Præsumpta quoque inspiratio vel ideò in dispositione Concilii non fuit comprehensa: quia mens & finis illius erat, præscindere filium & semen averisionis & odiorum inter Confratres & Capitulares cõvivenes. Atqui nõ est, cur timeantur odia vel averisiones, ubi tanta votorum & animum, in unum convenientium, concordia, ut merito ex Spiritu sancto ortum transire præsumatur.

Dico II. Neque modus eligendi per compromissum in Trident. quoad Regulares est sublatus. Authores anteriores. Ratio est: quia, si probè legatur integer tenor sæpe *cit.* constitutionis, ea, quæ de votis secretis noviter decreta sunt, ad solam scrutinium formam referuntur: dum enim ibidem prohibetur, ne singulorum eligentium nomina publicentur, de compromisso non est cogitatum, utpotè in quo non eligunt singuli, sed aliqui tantum nomine singulorum.

Dico III. Neque modus eligendi per scrutinium in *cap. quia propter 42. b. 1.* præscriptus, per Tridentinum est sublatus. Ita Rota Romana in *recent. p. 4. in una Martensis Monasterii to. 2. dec. 12. per rot. præsertim n. 9. & ult. & in una Trevirensis Abbatis S. Maximini to. 3. dec. 574. per rot. præcipue n. 14. & seqq.* Ita P. Wiestner *h. l. n. 218.* & ut credo, omnes in *n. 770.* relati Authores. Ratio est: quia Trid. tanquam Jus posterius, non præsumitur tollere voluisse Jus antiquius, nisi in quantum expressit. Atqui voluntatem tollendi nusquam expressit, sed tantum in *cit. l.* votorum secretam rationem haberi petit, ut eligentium nomina nunquam publicentur: cui petitioni forma scrutinium, in *cit. cap. quia propter 42. b. 1.* nequam adversa, sed maxime consona videtur, velut in puncto notavit Rota *d. dec. 574. n. 16. & seq.* Ex quo

Infer-

- 775 Infertur: hodieum Electiones Regularium per scrutinium celebrari posse, & debere in omnibus & per omnia conformiter *cit. cap. quia propter*; eò solum excepto, quod collatio zeli ad zelum exclusã sit. Quæ ipsa tamen collatio suppletur ex præsumptione, quod Regulares propter statum, quem professi sunt, sine vitio simoniæ aliquid ex bono zelo elegerint.
- 776 Neque primam & secundam conclusionem evertit Declaratio Cardinalium, ab Authoribus adversi dogmatis adducta: utrum enim authentica sit? utrum universalis, & non particularis? Tandiu prudenter ambigere possumus, quamdiu non ostenditur in forma authentica. Clariss. P. Wex *cit. l. n. 18.*
- 777 Neque tertiam conclusionem prostravit Regula S. P. Benedicti, quæ in *cap. 64.* nihil aliud ad Electionem Abbatis exigere videtur, quam ut ipsum tota congregatio, vel pars ejus, quantumvis parva, seniori consilio elegerit.
- 778 Enimvero, sicuti soletur advertit Rota *d. decis. n. 51. & seq.* S. Pater de modo eligendi nihil determinat, sed dispositioni SS. Canonum tacite relinquit; consequenter modus scrutinium, in *d. cap. quia propter 42. b. 1.* non excluditur, sed per illum, tanquam constitutionem posteriover, declaratur aut suppletur. Quod verò sustineatur Electio, à parte minori, sed seniori, facta; non ita exaudiendum est, quod pars quævis, etiam minima, sufficiat; neque etiam, quod sufficiat pars major respectu minoris; sed pars parva respectu totius, ut electio legitime censetur, qui non quidem ab omnibus, sed tamen à majori, quam dimidia parte Capituli; vel saltem qui à paucioribus in casu, quò major pars eligit indignum, assumptus est, conformiter dictis in *n. 411. & seqq.* Perez *commentar. in cit. cap. Reg. n. 2.* Eminenti. Card. de Luca de *Regular. disp. 11. n. 4.*
- 780 In dubium vocari potest II. quomodo salvetur scrutinium Regularium, quando plures vel pauciores schedule seu tabule, per quas electores Regulares, ad accuratè servandum scrutinium secretum, plerumque sua conferre suffragia consueverunt, quam sint electores, actu præsentis; aut etiam schedæ prorsus vacuæ vel albæ reperiuntur?
- Resp. videndum esse, num computatis ejusmodi exundantibus, redundantibus, vel deficientibus schedis, nihilominus inveniatur vota absolute majora; nec ne. Si hoc non poterit Electio censeri Canonica: utpotè cum incertum sit, an electio canonicus votorum numerus suffragetur. Si illud; Electio nihil fecius sustinebitur ex regula in *cap. 37. de R. J. in 6.* quod utile per inutile viciari non debeat. Card. de Luca *cit. disp. à n. 7. & de Canonice disp. 28. n. ult.*
- 783 In dubium vocari potest III. utrum in Regulari scrutinio vota absentium per literas dari valeant?
- Resp. non magis valere quam in aliis Electionibus, de quibus in *num. 118.* quantumvis Layman *quæst. 44.* Engel *h. l. n. 10.* Pir-

hing *ibid. num. 397.* valere existiment; qui tamen Authores debent intelligi potius de voto, in literis dato, juxta declarationem in *num. 119.*

In dubium vocari potest IV. an Regulares absentes procuratorem constituere possint: cum mandato speciali de persona certa eligenda? Barbosa in *Collectan. ad cit. cap. Trid. sess. 25. de Regular. cap. 6.* & P. Engel ad *h. cit. num. 10.* respondent negativè, afferentes Declarationem Cardinalium, & rationem, quod contra formam decreti Conciliaris nomen eligentis manifestari deberet, hoc ipsò, quod sciretur, certam personam ab ipso nominatam esse.

Sed, abstrahendò à Declarat. non rejiciò sententiam P. Pirhing *cit. loc.* indiscriminatim admittentis procuratorem. Ratio est: quia, sicut in Electione communi votum remanet secretum, esto procurator cum speciali mandato deputetur; ita & in Regularium Electione secretum manet: possunt siquidem ad Capitulum dirigi literæ, in quibus procurator expressè constituitur; his ipsi tamen literis mandatam speciale de certa persona, per schedulam sigillatam, potest inseri: quò casu nomen eligentis nunquam publicabitur.

Si quæras: quænam forma in Electionibus Monialium sit præfixa?

Resp. cum Layman *quæst. 231.* eandem, quæ in Electionibus virorum, scilicet per scrutinium, compromissum, & inspirationem; eamque à Concilio Trid. non esse sublata. Si tamen per scrutinium fiat Electio, aliqua specialia notanda sunt ex *cap. indemnitate 43. h. l. in 6.*

Primum est: si duæ partes Monialium, atque aded ex 24. fedecim in unam personam conveniant, Superior Electionem confirmare, ac si Abbatissa sit, Benedictionem impertiri tenetur, non obstante contradictione minoris partis; dummodò Electio probè fuerit examinata *d. cap. indemnitate 5. Janè.*

Secundum est: quando non duæ partes, sed major pars Monialium sicque ex 24. tredecim v.g. in certam personam consentiunt, Electio quidem valet, sed tamen facta contra illam oppositiones & appellationes à Superiore, ad quem Confirmatio pertinet, sine strepitu & figura judicii audiri debent; ac, ne disciplina vel æconomia pariatur intereà dispendium, electæ potestas administrandi (excepta alienatione & susceptione Monialium) in spiritualibus & temporalibus permittitur *cit. 5. Janè.* Quodsi minor pars majori accedere velit, potest in continenti, & antequam ad actus extraneos deveniat, id facere; & eò quidem effectu, ut, si duarum partium consensum compleat, Electio perinde æstimetur, ac illa, in qua ab initio duarum partium suffragia in unam collimarunt. Quod medium pro faciliiori concordia Monialium adinventum est *d. 5. Janè.*

Tertium est: quando non major sed minor, vel etiam media pars de Conventu in unam

Y y 2

con-